Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.l.

figura omnium perfectissima. quia perfectionis sbnarie co-
tentiua. Sepcies enim transeundo per circumferenciam est a
puncto usque ad idem punctum quod sic a circumferencia usque
ad centrum. Cum circulus sit linea uel figura ab omni
angulositate remota exterius conuexa interius concaua
reuolucioni aptissima a suo centro remotissima
et circa eius spacium circumducta a deo est perfectissima
Ut omnia uideantur appetere hanc figuram. Nam circulare
hanc figuram sibi uendicant omnia celestia corpora Et
quarti mundi elementa Sicut in libro de celo et mundo
docet nos physica Cum etiam motus attestetur figure
Cum motus celi sit circularis ut ipse sensus percipit in hiis
que circa polum articum mouentur sensibiliter stellis
Hoc est ut celum figure sit circularis. Hanc etiam figu-
ram videtur appetere omnis planta et omnium animalium membra
quasi omnia sunt in rotundum formata. Similiter omnis fructus
arborum et segetum grana quantum possunt monstrant hanc fi-
guram. Nam et celestis spiritus quia eam in sua natura non possunt
habere eo quod sunt sine molis extensione eam habent in
sua operacione. Sed sicut a deo exeunt per creacionem sic ad
ipsum redeunt per affectionem Et sic a deo mittuntur
ad operacionem sic ad ipsum redeunt per gratiarum actionem. Hoc
etiam apparet in omnibus fluminibus et in omnibus fontibus
quia sic a mari exeunt sic ad mare redeunt et motum circu-
larem faciunt. Propterea ergo per affectionem hanc tantam quod
est in hac figura racionalis anima est a philosopho circulo comparata
Et in tantum hec figura probatur esse perfecta ut deus eternus
cum careat omni figura describatur esse intelligibilis
spera cuius centrum vbique spera vero nusquam. Verum ut
redeam ad propositum tunc constat ex linea flexa circulum
quando ultimo capiti per reflexionem iungitur primum sicut patet
ad sensum in hiis que faciunt circulos vegetum aliorumque
vasorum. Hic constat deum inter omnia esse primum hominem
uero ultimum ultimo omnium rerum fuit. Sicut ondit primum Gen.
c. Igitur ut dicere sit ad unum deum primum huc vltimo
est coniunctum ipsum vniuersum circulum imperfectum est redactum